Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8491
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

De frenesi

e maior caliditas quam in posteriori
propter multos esse ibi spiritus animales
circa organa sensuum. Ideo istud
apostema fit tantum in anteriori cerebro sicut
admodum litargia fit in posteriori parte
unde sequitur quod frenesis fit apostema
calidum anterioris partis cerebri et pan-
niculorum eius. Est autem quandoque
morbus quandoque accidens. Morbus quando
quando materia per se colligitur in loco
predicto et facit apostema et hoc est valde
raro. Accidens vero quando consequitur
alium morbum et hoc est ut plurimum
vel contingit in febre calida et proprie
continua utpote terciana causone
et sinocha quando humor qui est tam an-
tecedens quam febre leuigatus calore febrile
et furiosus effectus per venas arteri-
as et neruos ad cerebrum sursum ra-
pitur et ibi ad apostema collitur et iterum
maxime fit in febre magna non expan-
ditur ad extra corpus sed remanet intus
quod propter maxime fit in febre continua sequentibus
apostema viscerum utpote pul-
monis epatis stomachi pectoris vel
matricis vel plurium membrorum locorum
consequitur etc quando emittitur et
precipue si tempus et etas et complexio sint
calida vehementer. Frenesis
autem diuiditur in veram et non
veram. Vera quidem dicitur cum est mor-
bus et est a causa pure calida utpo-
te sanguine vel colera vel utroque. Et
non vera dicitur cum est accidens sicut
quemadmodum omnis aliena fit ad
in febre hora crisis salubris vel
mortalis que dicitur frenesis. Vel non

vera dicitur quando est morbus sed non
ex materia calida pura sed mixta
cum aliquantulo flegmatis vel melan-
colie. Signa frenesis in communi sunt
primo mixtio cum manus cum accione fimo-
sa quia tamen est agitare sed fre-
siste et quietare et motus oculorum
citacitas et rubor eorum et fe-
bris vehementis calidus cum frigiditate
extremorum vel tepiditate et
insompnietas et multiplex ymma-
ginacionum et proprie cum primi
sompnum quando expergefit vel fati-
gatus et vrina alba cum prima
die precita fuit rubea am-
plosa simul et pulsus frequens
et velox. Signa propria frenesis
vere que fit de sanguine sunt cum predictis
rubedo faciei et oculorum proprie
magnitudo pulsus et velocitas
repletio venarum habitudo corporis
carnosa et antecessio ciborum
generatorum sanguinem ut bona caro et
vinum similiter et horror luminis
dolor capitis lingua magna infla-
ta nigra plenius et ab hora cum
loquele et clamor post sumi dor-
mire et anhelitus inordinatus
et ista cum apparuerit sanguinem apparet
esse confirmatum. Et vrina rub-
grossa spumosa et multiplicatio
risus sine causa est excitacionibus signis
sed magis sanguinis. Signa propria
frenesis vere que fit de colera sunt
febre continua valde acutissima et
saltus et aliena vehementer et
antecessio ciborum generancium colera.